Porro . si in digito dei eicio demonia; profecto peruenit in uos
regnum dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum.
in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior illo superue
niens uicerit eum. uniuersa arma eius aufert in quibus
confidebat. et spolia eius distribuet. Qui non est mecum
aduersum me est. Et qui non colligit mecum dispergit.
Cum immundus spiritus exierit de homine. ambulat per
loca inaquosa querens requiem. et non inueniens di
cit. Reuertar in domum meam unde exiui. Et cum ue
nerit inuenit scopis mundatam; ~~et ornatam~~. Et tunc
uadit et assumit septem alios spiritus nequiores se. et ingres
si habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius
peiora prioribus. Factum est autem cum hec diceret extollens
uocem quedam mulier de turba. dixit illi. Beatus uenter
qui te portauit. et ubera que suxisti. At ille dixit.
Quin immo beati qui audiunt uerbum dei. et custo-
diunt illud. OFF Iusticie domini recte letificantes corda et iudicia
eius dulciora super mel et fauum nam et seruus tuus custodiet ea. SEC.
Hec hostia domine quesumus mundet nostra delicta. et ad sacrifi
cium celebrandum subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. Per.
CO Passer inuenit sibi domum et turtur nidum ubi reponat pullos
suos altaria tua domine uirtutum rex meus et deus meus beati qui habitant
in domo tua in seculum seculi laudabunt te. Post com A cunc
tis nos domine reatibus et periculis propiciatus absolue quesumus



tanti mysterii tribuis esse participes. ℟. Dom. IIII.
LETARE hierusalem & conventum facite omnes qui diligitis eam
gaudete cum leticia qui in tristicia fuistis ut exultetis & satiemini
ab uberibus consolationis vestre. ℣. Letatus sum in his que dicta sunt mihi in domum domini ibimus.
CONCEDE quesumus omnipotens deus: ut qui ex me- Colla.
rito nostre actionis affligimur: tue gratie consolatio
Frs: Scriptum est Ad Galatas. ne respiremus. ℟.
quoniam abraham duos filios habuit: unum de ancilla
& unum de libera. Sed qui de ancilla: secundum carnem
natus est. Qui autem de libera: per repromissionem. Que sunt
per allegoriam dicta. Hec enim sunt duo testamenta.
Unum quidem in monte syna in servitutem generans:
que est agar. Syna enim mons est in arabia: qui con
iunctus est ei que nunc est hierusalem. & servit cum fi
liis suis. Illa autem que sursum est hierusalem libera est: que
est mater nostra. Scriptum est enim. Letare sterilis: que non
paris: erumpe & clama que non parturis. quia multi filii
deserte magis quam eius que habet virum. Nos autem fratres:
secundum ysaac promissionis filii sumus. Sed quomodo tunc is qui
secundum carnem natus fuerat persequebatur eum: qui secundum spiritum:
ita & nunc. Sed quid dicit scriptura: Eice ancillam: &
filium eius. Non enim erit heres filius ancille cum filio libere. Itaque
fratres non sumus ancille filii: sed libere. Qua libertate christus nos li
beravit. GR. Letatus sum in his que dicta sunt mihi in domum domini ibimus.
℣. Fiat pax —